



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Franciscvs Xav. Soc. Iesv. 2. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

S. FRANCISCVS XAV. SOC. IESV.
2. Decembris.

FRANCISCVM XAVERIUM, damus, virum, cuius animo alter etiam orbis angustus fuit. Dum vixit, virgo vixit. Testimonium animo integerimo corpus dixit, longè post mortem etiam in vivâ calce integrum. Sui semper egregius victor non semel è morbidi ulcere ipsum pus haufit. Sed tam sanguinidū Deus deinde tot deliciis per omnem vitam perfudit, ut ebrius sèpè exclamat, deducto à pectore vestimento, coactus sit: *Satis est Domine, satis est.* Apostoli per novum orbem non tam nomen, quām vitam tulit, ad id muneris ab ipso Numinis dilectus. Siquidem multò antè in somnis terti coloris hominem, & qualem Indum effingimus, portare humeris sibi per quietem vi-
sus est. Et quid aliud vigilans postea egit, cùm ejusmodi hominum decies centena millia ad Ecclesiæ gremium suis humeris tulit, & tot non tam vultus, quām animos fuscos sacrâ undâ solus lavit, & cœli candidatos esse jussit. Vaticinia insuper edidit innumera, precibus mare exarmavit, exercitus vicit, idem eodem tempore geminis in locis & longissimè dissipatis, periclitantibus adfuit, demortuos in vitam revocavit quinque supra viginti. Omnibus omnia factus, in conviviis etiam atque ludis animorum lucrum quæsivit, invenitque. Ad extremum dum amplissimum Sinarum regnum laborat ingredi, in ipso ejus portu ad cœlum animam appulit. *Ex vita.*

*Quid nobis in extremo spiritu futurum est,
cūm debilitatis corporis animique viribus, graviore
quam*

Deb.
E.S.V.
cujus
Dum
teger.
am in
victor
r. Sed
r om-
mare,
tis est
a non
ris ab
tē in
ndum
m vi-
cūm
a ad
t non
solus
insu-
aavit,
minis
s ad-
e su-
viviis
, in-
Sina-
portu
e,
viore
48113

3. Dec. VITÆ S A N C T O R V M . 593
quàm umquam tentatione vexabimur , nisi per otio-
um priùs spem totam in Deo reponere , atque ad eum
impeditivè configere didicerimus ? Ex Epist. S.
Franc. Xayerii ad socios Goanos.

S. L V C I V S R E X M. 3. Decembris.

I Gnosce iterum Anglia, quantum, heu ! quantum
mutata ab illâ es, cùm præcones veræ fidei alicie-
na regna Reges habuerunt tuos ! Sed age in me-
moriā juxta mecum revoca avita decora. Lv.
crys ille tuus (è stirpe regiâ german) puer jam
Catholicæ fidei, & verò hæc illi etiam arrisit. Ni-
nirum quin hanc amplecteretur, unum illud mo-
ram injiciebat, quod nulli serè tunc nisi sanguine
suo purpurati eam ambirent. Vbi verò primùm
transire ad Christianorum partes etiam palmatas
Rome togas inaudiit, quàm mox statuit etiam
coronā suam Christo submittere. Igitur sanx fidei
Doctores Româ ab Eleutherio Pont. accivit : mox
è discipulo ipse etiam Doctor, & calcato regni
fastu è rege Apostolus Augustam Vindeliciam
venit. Constitit hîc operæ suæ fructus , ad fidem
præter alios nobilissimâ familiâ adductâ. Sed &
merces sua Lycio constitit, utpote qui verbera
& lapidationem in lucro posuit, præcepſq; actus
in puteum maximam scilicet inde voluptatem
hausit. Nec verò hanc solùm Augustâ Coloniam,
etiam alteram Reginoburgam adiit, neque priùs
quàm Christum per omnem Vindeliciam Nori-
cumque circumferret, morte beatâ Curiæ quie-
vit. Gratias igitur Anglia tibi habemus exteræ
nationes, &, si modò vis, vicem rependimus, no-
stroſq; tibi Doctores ecce submittimus. Ex Brev.
Cur. & Buv. S.

Pre-